

net. Hispanos detrahens de militia ecclesiari calesti ad A sacerdotiam non ordinantes, nec curiales qui non debent esse clerici. Hispanos vituperant ii, qui in forensi exercitacione verbali sunt, vel ex militia aliqua, sive ex curialibus, ut ad sacerdotium vel ad minora officia veniant.

**III.****INNOCENTII AD VICTORIUM EPISCOPUM.****I.**

Sine metropolitani consensu episcopus non ordinatur.

**II.**

Qui cingulum militiae secularis habuit ad clericatus officium non veniat.

**III.**

Inter clericos episcopus audiat. Romani clerici ad alios episcopos non audeant dicere causas suas.

**IV.**

Mulierem viduam clericus non ducat uxorem.

**V.**

Alienum clericum nullus suscipiat.

**VI.**

Novatiani vel Montenses per manus impositionem suscipiantur. Qui da nostris ad illos fuerint, et revocantur, longe penitentia.

**VII.**

Diaconi non misseantur cum uxore.

**VIII.**

Monachus in clero non veniat, nec uxorem accipiat.

**IX.**

Curiales clerici non ordinantur.

**X.**

Velata si etraverit non accipiat poenitentiam.

**XI.**

Consecratæ Domino non velatae si nupserint poenitentia.

**IV.****INNOCENTII AD EPISCOPUM (sic).****I.**

Nullus bigamus clericus ordinetur.

**II.**

Qui ante baptismum uxorum habuit, et post baptismum aliam duxerit, bigamus est.

**MONITUM****IN QUATUOR EPISTOLAS SUBSEQUENTES.**

1. E quatuor illis epistolis primam Nicephorus Callisti lib. xiiii, cap. 34, integrum, Glycas vero Annal. part. iv, nonnullis identidem resectis, mutilam Graece nobis transmiserunt; secundam autem et quartam solus Glycas ibid. pariter Graece asservavit: verum tertia tantum Latine ad nos pervenit, opera Baronii e Vaticano exemplari descripta. Idem Car-

**V.****INNOCENTII AD DECENTIUM.****I.**

Ordo missæ ad pacem dare post quartam orationem.

**II.**

Nomina recitentur post commendationem offerentium.

**III.**

Non consignent infantes presbyteri nisi episcopi.

**IV.**

Omne sabbato jejunetur.

**V.**

Teneant presbyteri missam in urbe præsente episcopo.

**VI.**

Sine jussu episcopi presbyter missa tenet, in urbe præsente episcopo.

**VII.**

Sine jussu episcopi vel alii manum ponant incolumeno.

**VIII.**

Omnes penitentes v. feria de pascha reconciliatur.

**IX.**

Presbytero licet visitare infirmum, et ungere chrismæ, penitentem regnatum non licet ungere de christia.

**X.****C INNOCENTII AD AURELIUM EPISCOPUM.**

Facile non imponatur manus Episcopo, ex laico non ordinetur.

**OBSERVATIO PHILLIPPI LABBEI S. J.**

Sequentes canones a synodo quapiam Rothana ad Gallos episcopos jampridem missos ex aliquot manuscriptis codicibus primum in lucem extulit R. P. Sirmondus. In appendice ad I tomum conciliorum Gallie, eosdemque Regius collector conjecturam non improbabilem secuti, Innocentii primi epistolis subjecimus; cum ab eis nec decretorum, nec subscriptionis forma abhorreat. Quo autem anno editi sint, plane non constat, etsi maximam, ut nemo non D videt, antiquitatem praeseruant.

**EPISTOLÆ S. INNOCENTIO I ATTRIBUTÆ.**

(D. Constant. Append. ad tom. I.)

dinalis ad ann. 407 epistola illis quintam adjecta Honorii imperatoris ad Arcadium, quam e veteri Gobii. Girlett Cardinellis codicis eruuerat.

2. His omnibus scriptoribus ea communis est stippositionis nota, quod Joanni Chrysostomo superstitem ponenti Euodixium, quam triennio ante illum in partu defunctam esse, Socratis, Sozomeni, Marcellini, Prospcri, Zosimi, factorumque Graecorum testimonia constat. Sane cum illis conferendis non est Georgius Alexandrinus, quo auctore Leo in-

pérator cognomento Philosóphius, Cédrénus, Nicéphorus aliquis posteriores Graeci Vlám Eudoxiæ tribus annis produxerunt. Ad hanc, nulla profudit historia, summa in Imperatricis hujus in Arcadii animum potestate atque gratiam ad mortem usque tantillum immunitam esse: quod tamen in secunda et quarta epistola fingitur. Neque mihi ab historica fide, quam ab ecclesiastico more abhorret quod in epistola prima legitur, ubi post Chrysostomi mortem Innocentius Arcadium et Eudoxiam a sacramentorum perceptione segregare, Arviorum etiam pust mortem ab episcopali gradu dejicere, eademque poena eos plectere, qui cum illo in ejus ordinatione communicarunt, ac Theophilum non excommunicatione tantum, sed etiam anathemate percilleret, et ab omni Christianorum consortio removere narratur. Primo enim Romanos Pontifices cum principibus etiam hereticis longe alia ratione gerere se conueisse testes sunt Liberii ad Constantium, Gelasii, Synnachii, Anastasii II et Hormisdas ad Anastasium imp. epistolæ. Deinde nec privato cuique poenam adeo gravem imponere solent nisi monitionibus premissis. Ubi vero illæ monitiones? Si has adhibere voluissest Innocentius; Arcadii, qui vix de septem annis Chrysostomo superestus fuit, ante didicisset obitum, quam extremo illo rehedio uti valuissest. Praetera ex ipsius Innocentii litteris certum est eum totius causa Chrysostomi judicium ecumenicæ synodo servasse. Quocirca is papa (*Innoc. epist. 5*) Theophilum, communionem cum ipso non secutus aque cum Joanne habere se testatus, iteratis litteris hortatur, « ut si judicio confidit, sista se ad synodum. » Item ad Constantinopolitanos scribens, « Cogitamus, inquit (*Epist. 7, n. 4*), quomodo ecumenici synodus congreganda sit, ut turbulenti moluis Dei nati tandem conquestant. » Et ipsius fogatu Honorius imperator tertio ad Arcadium scripsit (*Epist. 9*), nullas intentans ei minas, sed tantum obscurans, ut Theophilum Alexandriæ episcopum, qui omnium malorum auctor esse dicitur vel nolentem sed sistere jubeat, ad synodum. Itud teo dum cogitaret Innocentius, Joannis primum, ac paulo post Arcadii mors interveniens congreganda synodo moriā attulit. Neque tamen idcirco primum abjectum consilium, neque etiam donec haberet presoi desiderata synodus, cum adversariis Joannis omnino rupi pacem atque communionem, sed eam intermisit tantum aliquæ suspendit. Quia de re Palladius Vtus Chrysostomi scriptor sub nomine dialogi pag. 214 ita loquitur: « Scopus ecclesiae Romanae iste est, non communicare cum Orientalibus episcopis, praeser-

A tim cum Theophilo, donec Dominus dederit locum universali synodi, quæ prefaciis membris eorum qui habeantur medetur. » Ubi Rômatæ ecclesiae non judicium, sed *scopus* notatur seu consilium, quo sibi, donec synodus de hac re decidat, utendum censuit. Et vero Theophilus inter Alexandrinos antistites recenseri distat a Romanis præsulibus numquid desit. Idem dicendum de ceteris ejus sociis, si exceptiatur Arsacius, quem, Theodoreto teste (*lib. v, cap. 34*), Occidentis episcopi « ne salutare quidem dignati sunt. » Verum cum Attico in ejus locum suffecto Innocentius ipse communionem suspensam lenore satis habuit, ad eam illi reddendam paratus, cum pactis conditionibus satisfecisset. Quocirca Maximiano episcopo eum amice roganti, ut pacificas ad Atticum litteras mitteret, rescripsit: « Communio suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, jam esse deferas, et profluentis conditiones paties impletas. » Et eum quidem, postquam nomen Joannis in sacras tabulas retulisset, ab Occidentalibus susceptum esse Theodoreto narrat.

B 3. Ex iis lamen, quæ Theodoreto loco citato scribit, materiam est occasionem præbuisse videtur primæ epistole, adeoque et ceteris, quæ cum prima sic congruent, ut earam omnium unum artificem esse nihil prope dubitemus. Nec obstat quod cum Thodoreto de Arsacio, dum viveret narret, sic ab ejus communione abhoruisse episcopos Occidentis, ut eum ne solutare quidem dignarentur; prima lamen epistola eundem post mortem, non ante, ordine suo movet. Ab imposture enim, qui veritate continere se nequit, in eis etiam quæ initiatitur explicantur, summa fides nequaquam expectanda est. Verum ex illo adjuncto, etiam post mortem, quod dedita opera insertum esse appareat, tempus expiscari licet, quo epistola illæ adorata sunt. Certe si publicatum fuissent, cum Justinianus Imperator undique conqueriret exempla, quibus Theodorum Mopsuestenum etiam post mortem excommunicari licere probaret, cum istud tam insigne Arsaci etiam post mortem ordine suo motu non fugisset. Illud tamen in medium protulisse nusquam legitur: quod non levè argumentum est, etiam epistolas illas nusquam tum, hoc est medio vi seculo, existisse. Sed et affectata illa locutio, etiam post mortem, non alia de causa videtur inserta, nisi ut iis, qui Theodorum Mopsuestenum excommunicari volebant, saveretur. Unde concicere licet epistolas illas ipso seculo sexto, cum predicta controversia necdum sopita esset, fuisset confiteta.

## EPISTOLA I.

*Adversus Arcadium, Eudoxiam, Arsacium ac Theophilum sententia profertur.*

INNOCENTII ARCHIEPISCOPI RONANI <sup>a</sup> AD ARCADIUM  
IMPERATOREM.

1. Φωνὴ σanguinis fratris mei Joannis clamat ad Dēum cōtra te, o imperatōr, sicuti quondam Abel justi cōtra fratricidam Cain: et is omni modo vindicabitur. Nec id modo admisisti, sed etiam pax tempore persécutionē magnam aduersus Deum et Ecclesiam ejus concitasti. Ejecisti ex <sup>b</sup> episcopali

<sup>a</sup> Nicephorus hanc epistolam velut Arcadio, Attico ac Theophilo communem censuit. Bi quippe præmittit, Innocentium propterea quod legali, quos Constantinopolim miserat, male habiti fuissent et indigne tractati, valde indignatum esse, et cum paulo post Joannis mortem didicisset, epistolam ad Arcadium, Atticum et Theophilum dedit, qua illos excommunicationi et exactionis subjicit. Tum hanc epistolam hujusmodi verbis conscripsam esse notat: Vox sanguinis fratris mei Joannis, etc. In ea tamen nullum est de Attico verbum. Sed observationi hinc

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΝΝΟΚΕΝΤΙΟΥ ΡΩΜΗΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΠΙΦΑΝΙΟΝ  
ΑΙΓΑΙΟΠΑΤΩΡΑ.

1. Φωνὴ αίματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ σοῦ, βασιλέων, ὃς ποτε "Ἄβελ τοῦ δικαιού κατὰ τοῦ ἀδελφοτένου Καίν, καὶ παντὶ τρόπῳ ἐκδικήσαται. Οὐ μόνον καὶ τοῦτο πέτραχες, ἀλλὰ καὶ τὸ παιρὸν εἰρόνης διωγμὸν μέγαν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας καὶ τῶν εἰρόνης αὐτοῦ συνεστῶσαν." Εἴσαστας τὸν μέγαν τὸν

quasi occurrere vellat, tota epistola descripta, p̄t̄k̄me subhicit: *Hæc Innocentius pro Joanne pugnat scripsit. Neque vero etiam Atticum, qui post Arsacium in magni illius (Joannis) scelere invenit (τὸν αἰτιανὸν) criminis absolvit. Verum ut ea res composita sit, historia isto loco ostendet, scil. lib. xiv, c. 26, ubi pax redditia dicitur, ex quo Atticus Joannis memoriem in precisionibus fieri iussit.*

<sup>b</sup> Apud Nicephor. hic omittitur τὸς ἀποκροτεῖ, sed infra n. 8 retinetur idem vocabulum.

sede sua, re non judicata, magnum totius orbis Doctorem, et una cum eo Christum persecutus es. Neque de illo ita queror (sortem enim atque hereditatem consecutus est cum sanctis Apostolis in Dei et servatoris nostri Jesu Christi regno) : quamvis intolerabilis ea jactura sit; sed affliger propere, quod prium de animarum vestiarum salute, deinde de eis, qui cum sapientissima et spiritali et divina doctrina et institutione ejus destituti sint, fameam jam pati coguntur. Neque enim Constantiopolitana tantum ecclesia mellitæ hujus lingue jacturam fecit, sed et viduata est omnis terra quæ sub sole est, amissio divino hujusmodi viro persuasione unius mulieris, quæ hoc flagitium admitti permisit. Ceterum illa et præsentem hic pœnam et sempiternum posthac supplicium, quod ei non ita multo post superventurum est, excipiet. Tametsi enim beatus Joannes, postquam fidem servasset, eosque qui fluctuabant confirmasset, vitam reliquit, in æterna tamen sæcula semipaternarum deliciarum et immortalis vita hereditatem consecutus est. Eudoxia autem, nova illa Dalila, quæ paulatim imposturæ novacula te rasit, sibi ipsi ex multorum ore induxit maledictionem, grave<sup>a</sup> et quod portari nequeat alligavit peccatorum onus, illudque prioribus peccatis suis superaddidit (*Jud. xvi, 19.*)

2. Quamobrem ego minimus et peccator, ut cui magni apostoli Petri sedes credita est, segredo te et illam a perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri. Sed et omnem episcopum aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui ea vobis administrare aut tradere ausus fuerit ab ea hora, qua<sup>b</sup> vinculum quo vos ligò, notum vobis fuerit, dignitate sua excidisse [decerno]. Quod si ut homines potentes quemquam ad id vi adegeritis, et canones vobis a Servatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis; in tremenda judicii die compertielis primum quidem non parvum hoc vobis futurum esse peccatum, deinde nec quemquam ulla hujus sæculi dignitate tum adjuvari posse: sed animorum occulta erumpent et exhibebuntur ante conspectum omnium.

3. Arsacium autem, quem magni Joannis loco in sedem episcopalem<sup>c</sup> intrusistis, etiam post mortem ordine movemus cum episcopis omnibus, qui<sup>d</sup> consulto cum ipso communicarunt. Neque nomen illius sacris in tabulis inscribatur: hoc enim indignus est honore, utpote qui episcopatum quodam adulterio poluit. Omnis quippe plantatio, quæ plantata non fuerit a Patre nostro qui est in cœlis, eradicatorum (*Matth. xv, 43*). Theophilum autem non modo dejectum e sede sua, sed etiam excommunicatione et anathemate multatum omnino a Christianorum consortio alienum declaramus.

<sup>a</sup> Apud Glycam portatunque difficultimum. Magis placet quod portari nequeat, cum hunc locum expressum esse patet ad imitationem hujus Matth. xxii, 1: *Alligant enim onera gravia et importabilia.*

<sup>b</sup> Lab. ex Glyca Græce, τὸν περιφέντα σύνδεσμον.

<sup>c</sup> Is Arsacius, qui fratri suo Nectario, tactis Evangelii, sponderat at quo juraverat, se nullius umquam episcopatus ordinationem adiunxisserum, uti

A οἰκουμένης διδάσκαλον ἐκ τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ ἀκρίτως, συνεκδώξας αὐτῷ καὶ τὸν Χριστόν. Οὗτε γάρ αὐτῶς ὁδύρομαι περὶ ἑκίνου (οὗτος γάρ τὸν κλῆρον ἔλαχι μετὰ τῶν ἄγιων ἀποστόλων ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλείᾳ)· καὶ ἀφόρητος ἡ συμφορά ἀλλὰ θίβομαι φροντίζων, πρῶτον μὲν τῆς σωτηρίας τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, καὶ περὶ τῶν στερηθέντων καὶ λιμωξάντων τῆς ἑκίνου πανσόφου καὶ πνευματικῆς θείας δεδαχῆς καὶ νοοθεσίας. Οὐ γάρ μόνον ἡ Κωνσταντινουπόλεσσιν ἐκκλησίᾳ ἐξημάθη τῆς ἑκίνου μελερήντου γλώττης, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ ὑφῆλιος ἐχύρευσεν ἀπολέσασα τοιοῦτον ἔνθεον ἄνδρα, πειθόντας μιᾶς γυναικὸς παραχωρησάσης τοῦτο γενέσθαι τὸ δραματούργημα. Πλὴν ἐκδέξηται τὴν ἐντεῦθεν τιμωρίαν καὶ τὴν μελλουσανταν ἀτελεύτητον κόλαστον, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας ἐπερχομένην αὐτῇ. Εἰ καὶ γάρ ὁ μακάριος Ἰωάννης τὸν βίον κατέλιπε, τὴν πίστιν τηρήσας καὶ στηρίξας τοὺς σαλευομένους, ἀλλ' εἰς ἀλλήκτους αἰῶνας τὴν ἀδαπάντητον τρυφήν καὶ ἀδάνατον ζωὴν ἐνδηρονόμησεν. Ή καὶ νία Δαλιά Εὐδοξία, ἡ κατὰ μικρὸν τῷ ξυρῷ τῆς πλάνης ξυρήσασα σε, ἐπήγαγεν ἐντῇ κατάρᾳ ἐκ πολλῶν στομάτων, δεσμεύσασα φορτίον ἀμαρτημάτων βαρὺ καὶ δυσβάστακτον, προσθίσα τοῦτο τοῖς πρώην αὐτῆς ἀμαρτήμασι.

2. Διὸ ἦγε ὁ ἀλάχιστος, καὶ ἀμαρτωλός, ὡς πιστευθεὶς τὸν θρόνον τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Πέτρου, ἀφορίζω σὲ τε κακεῖνον τῆς μεταλλήψεως τῶν ἀχρέων μυστηρίων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παντοῖον ἐπισκοπον, ἡ κληρικὸν ὅντα τοῦ τάγματος τῆς ἄγιας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τολμῶντας ἐπιχειρῆσαι καὶ μεταδοῦναι ὑμῖν, ἀφ' ἣς ὀρας ἀναγνωτέ μου τὸν παρόντα δέσμον, ὑπὸ καθαίρεσιν εἶναι. Εἰ δὲ βιάστητενα, ὡς ἔξουσιασται, καὶ παρεξέλθητε τοὺς δοθέντας ὑμῖν κανόνας παρὰ τοῦ σωτῆρος διὰ τῶν ἄγιων ἀποστόλων, ἵστεσθε ἐπιτάμπωτοι ὡς πρώτον μὲν οὐ μικρὸν ὑμῖν τὸ ἀμάρτημα γενέσται ἐν τῇ φοβέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, οὔτε οὐ δυνάσται ἀξιώμα βιωτικὸν τινὰ ὀφελῆσαι· ἑκίνων δὲ τὰ ἐντὸς ἐκχύθησοντες πρὸς ὑπόδειγμα πάντων.

3. Ἀρσάκιον δὲ, ὃν εἰσεγήγετε εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς ἀντὶ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου, καὶ μετὰ θάνατον καθαυροῦμεν σὺν πᾶσι τοῖς συγκοινωνήσασιν αὐτῷ προθίστες ἐπισκόποις. Οὗτος μηδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐγγράφεσθα τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις· ἀνάξιος γάρ ἐστιν, ὡς μοιχεύσας τὴν ἐπισκοπὴν. Πᾶσα γάρ φυτεία μὴ φυτευθεῖσα παρὰ τοῦ Πάτρος ἡμῶν τοῦ τούρανθες, ἐκρίζωθεσται. Προστεθέμεθα δὲ τῇ καθαυρίσει Θεορίου ἀφορισμὸν καὶ ἀναθεματισμὸν καὶ τελείων ἀλογρίωσιν τοῦ χριστικοῦ μοῦ.

narrat Palladius pag. 94, quatuordecim post ordinationem mensibus exactis, mortuus est.

<sup>d</sup> Verbum græcum προθίστει apud Glycam desideratur. Additum est dodicta opera: ne hac sententia teneri viderentur et ii, qui cum Arsacio inviti communicarant. Etiam cum ipsis successore Attico pleroque omnes non sponte communicasse Palladius pag. 95 tradit.

## EPISTOLA II.

ARCADI IMPERATORIS AD INNOCENTIUM PAPAM.

Α ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑΡΚΑΔΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΠΡΟΣ ΙΝΝΟΚΕΝΤΙΟΝ ΡΩΜΗΣ  
ΑΡΧΙΕΡΕΑ.*[Ut se et Eudoxiam ab excommunicatione liberet.]*

Norunt omnes homines mentis compotes, commissa per ignorantem nec divinitus nec per leges puniri: sed neque quemquam alterius nomine poenas luere. Quocirca haec scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem (cujus rei benignum Deum testem imploro), me nihil eorum cognitum habeuisse, quæ nostris antistitibus et clericis acciderunt, et damnationis eorum prorsus esse insontem. Cum enim eorum communione sim usus, nihil causæ erat cur eos affligerem. Quod autem ad filiam tuam Eudoxiam attinet, scito me haud mediocres ab ea pro ratione delicti poenas exigisse, ita ut præ hujusmodi meroere et angustia, gravissimo correpta morbo decumbat. Ceterum obsecro ut nos a segregatione liberes, ac ne multipliciter punias. Nec enim ipse Dominus his ob idem delictum percutit (*Naum* 1, 9).

## EPISTOLA III.

ARCADI IMPERATORIS AD INNOCENTIUM PAPAM.

*Se insontem esse eorum quæ in legatos ipsius aut in Joannem admissa sunt, eorum auctores a se puni-tos. Adeoque relaxet sententiam, qua se cum conjugi a sacris mysteriis arcet.*

Omnino, o pontifex Dei, nequidquam [*Forte nil quidquam*] eorum, que in legatos audacter perpetrata sunt, sciente me factum est: idque ex eo perspici potest, quod eos a quibus illa orta sunt, severe ulti sum. Neque quod magnus ille Joannes depositus sit, ulla in me culpa ejus rei baret, sed infelibus episcopis, quod scilicet cum sacros canones prætenderent, judicium depositionis illius in sua ipsorum profana capita converterunt, quo-rum sermone nescio quomodo inductus, etiam ipse eorum sententiae, quod utinam numquam fecissem,

<sup>a</sup> De iis, quæ cum legatis acta sunt, ita loquitur Palladius pag. 32 et seqq., ut Imperatoreis eorum consciuum esse non prodat. Immo missos esse narrans, qui legatos perverttere conarentur; idne aulicorum Imperatoris, an Attici opera factum sit, ne-scire se fatetur. Unde magis ac magis manifesta est falsitas harum litterarum, quibus gravissima poena punitur Arcadius ob ea quæ legati passi fu-rant; cum hæc se, ipso consciente, passos esse ne illi qui-dem afflirmare possent. Idne cum potentissimo imperatore egisse credendum est sapientissimus pontifex, quod quemvis judicem cum tenuissimo quoque homine agere puderet? cum quemlibet nisi convi-culum vel confessum puniri, leges vetent.

<sup>b</sup> Neque ista cum Palladii narratione consentiunt, ex qua omnia tum per viam, nullo antecedente judi-cio, gesta esse planum est.

<sup>c</sup> Quomodo dici possit Arcadius eorum usus esse communione, qui nec ipsum salutare, immo nec or-bem regiam ingredi, uti testis est Palladius p. 32, permisisti sunt?

<sup>d</sup> In hac epistola repetitur, quod jam in antece-

πάντες ἄνθρωποι ἴστασιν οἱ εὐφρονοῦντες, ὅτι περ τὰ κατὰ ὄγκουν γενόμενα, οὗτε θεῖς, οὗτε νόμοι κολάζουσιν· ἀλλ' οὐδέ τις ὑπὲρ ἐτέρου δίκην εἰσπράττεται. Ὅθιν ταῦτα γέγραφα πληροφορῶν τὴν ὑμετέραν πραότητα, ὡς ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, οὐκ ἔγνων τι τῶν συμβάντων τοῖς ἡμετέροις ἐπισκόποις καὶ ἀληρεοῖς, ἀλλ' ἀθώος εἴμι τοῦ κρίματος αὐτῶν. Εἰ γάρ ἥμητο συμμέτοχος αὐτῶν, εἰς τοῦτο οὐκ εἶχον τούτους κακῶσαι. Περὶ καὶ τῆς σῆς θυγατρὸς Εὐδόξιας γάθι, ὅτι καὶ αὐτῆς ἀνταπέδωκα κατὰ τὸ σφάλμα αὐτῆς οὐ μετρίως. ὡς ἐκ τῆς τοιάντης λύπης καὶ θλίψεως ἐν ἀρρώστῳ βαρυτάτῃ κατακειθεὶς αὐτήν. Παραταλῶ λοίπον, ἵνα τοῦ ἀφορισμοῦ λύσης ἡμᾶς, καὶ μὴ ἐκδικήσῃς πολλαχός. Οὐ γάρ πατά-  
ξει Κύριος δις ἐπὶ τὸ αὐτό.

B

assensus sum. Quo fit ut ipsi magis in culpa sint. Ex quibus et qui adhuc hic existant, Acacium et Se-verianum, et eos qui sceleratum Theophilum secuti sunt, ut quanta maxima celeritate, comprehendili jussimus, et eos qui illie sunt, nt poenas dent ausi-bus suis debitas. Nobis autem placetur paterna hu-manitas tua: neque deseras nos expertes mysterio-rum incontaminatorum. Tunc etiam filiam tuam Eudoxiam quæ peccaverit ultius sum, quæ etiam ex his gravissimo morbo correpta in lectulo decumbit. Ne igitur sæpius poenas sumas, o reverendissime pater: neque enim Dominus in eadem bis poenas su-mit, ut scriptum est (*Naum*. 1. 9, sec. LXX). Ubi autem erit pœnitentia & bonum, nisi iis quos pœ-niteat venia tribuatur? Igitur si nos quidem ex pœnitentibus non essemus, merito aditus ad veniam clauderetur: et si accusavimus et condemnavimus nos ipos ab iis quæ male egimus; ne bono quidem pœnitentia, quod quidem venia est, excidamus.

dente scriptum erat. Quocirca opus esse suspicamur hominis otiosi, qui stylum exercere voluerit.

<sup>e</sup> Quemadmodum Chrysostomus statim atque ab ecclesia sua primum ejectus est, ad Innocentium episi. 1. n. 5, scribens, omnia quæ impie tum pa-trata fuerant, præter sententiam Arcadii gesta esse testatus est: ita etiam quidquid subinde adversus legatos actum est, segnem Arcadium latuisse Nic-e-phorus lib. xiii, cap. 53, scribit.

<sup>f</sup> Quam impudenter hic mentiatur harum litterarum architectus, probat ipsius Arcadii rescriptum, quod Atticus, neminem Orientalium secum communica-re iniquo animo ferens, ab hoc imperatore obti-nuit, in quo scilicet, teste Palladio pag. 95, sancie-batur: *Si quis episcoporum non communicat cum Theophilo, Porphyrio et Attico, Ecclesia quidem dejiciatur, et a propriis facultatibus abigatur.*

<sup>g</sup> Vere pœnitenti primum illud agendum erat, ut Joanni honor inique sublatus restitueretur. At vix circa annum 415, hoc est post Joannis mortem annis novem, impetravit Innocentius, ut sanctissimi hujus presulis nomen in sacras tabulas referretur.

## EPISTOLA a. IV.

INNOCENTII PAPÆ AD ARCADIUM IMPERATOREM.

Α ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΝΝΟΚΕΝΤΙΟΥ ΡΩΜΗΣ ΑΡΧΙΕΡΕΟΥ ΠΡΟΣ ΑΡΚΑΔΙΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΟΠΟΤΑ.

*Arcadum solvit, et sacrorum mysteriorum perceptionem ei permittit.*

Studium vestrum Dei voluntati consentaneum, quod propter ipsius nomen ostendistis, probavi. Quapropter a sacris vinculis soluti, ad symbola dominica confirmatis animis accedite.

\* Ex genuinis Innocentii epistolis 19, 21, 22 et 23, falsitas hujus, adeoque antecedentium, plane convincitur. In illis enim pace mis papa pelentibus non temere, sed nonnisi prescriptis conditionibus, iisque completis, reddere probatur. Ex iis quidem conditionibus hac præcipua erat, ut Joannis nomen in sacras diplycas restitueretur. At nunc nec de B

Ἀπεδέξαμεν ὑμῶν τὴν κατὰ Θεὸν σπουδὴν, ἵνηπερ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀνεδέκασθε. Οὐτοὶ τῶν ἱερῶν διεσπάντες, τὸν τοῖς διεσποτοῖς συμβόλοις προσέθετε ἐρρώμενον.

Joannis nomine, nec de ceteris episcopis ipsi addictis, qui crudelissima exsilia velut Arcadii auctoritate patiebantur, nihil curat. Ita pontifex, cuius laudant majores nostri sapientiam non minus in restituenda, quam in auferenda personis augustis communione, imprudens fingitur.

## JAC. SIRMONDI NOTÆ POSTHŪMÆ.

## IN EPIST. II. AD VITRICIUM.

De epistola in generali.

Sancti Victricii Rothomagensis episcopi et confessoris Christi egregias admirandasque virtutes et merita brevi compendio explicat, qui Victricium olim Viennæ apud S. Martinum viderat, Paulinus Nolanus, duabus ad eundem epistolis, sed præcipue 28. Huius nunc Innocentius expeditam ab eo mittit formam ecclesiasticae disciplinæ, quæ in Romana Ecclesia servabatur, ut hanc tunc ipse, tunc ipso insinuante vicini etiam episcopi, in propriis ecclesiis consecutentur, atque hunc quasi didascalum et monitione habeant. Sic enim rectius opinor in quibusdam exemplaribus legi, quam ut in aliis didascalicum.

Num. 2, *Incipitamus igitur.*

Quæ restant præfationes hujus, cum tota epistola conclusione, et cum primis novem, tertio dempto, capitulis, omnia decerpta sunt ex epistola 4 Siricii papæ, quam ex synodo Romana scripsit ad Africanos, queque inserta legitur in actis concilii Tellenensis: nisi quod brevius apud Siricum expressa sunt capitula, quæ diffusius hoc loco digeruntur.

Cap. 3, n. 6, *sicut synodus statuit.*

Synodus nempe Nicenam significat, enjus canonem 48, ut a Julio papa profertur in epistola ad Orientales, hæc leguntur: *Cujus, apostolica sedis, dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, et episcoporum iudicia, antiqua apostolorum, eorumque successorum, atque canonum, auctoritas reservari.*

Cap. 8, n. 11, *venientes a Novatianis.*

Qui a Novatianis et Donatistis ad Ecclesiam veniunt, baptizandi non sunt, utpote jam rite baptizati, sed per manum impositionem confirmandi. Quod de Novatianis quidem seu Catharisi, saixerat synodus Nicena can. 8 et Constantinopolitana can. 7. De Donatistis vero, qui Montenses Romæ appellabantur, indicat, ut alios supersedeant, canon synodi Carthaginensis Africana insertus e. 24. Atque bi nimis semel ab istis baptizati, sine mora, cum veniant suscipiendi sunt. Qui vero ad illos a catholice transiuntes iterum baptizati sunt, hi si redeant, non nisi post diuturnam penitentiam admittendi: quam ad diem usque mortis produci statuerat synodus Valentina e. 3. Donatistas rehaptizare solitus, omnes consentiunt; de Novatianis testatur Ambrosius in libris de penitentia, Hieronymus in libello de heresibus: *Novatianus, inquit, Rome Novatianum dogma institutus, notens apostatas suscipere, et baptizatos baptizatos.*

Cap. 11, n. 14, *ab imperatore præcipiat.*

Huc pertinet lex Honorii ante annos quinque lata Cod. Theod. de decurionibus et c. xiii, qua curiales, qui clero se manciparant, distinctis ordinum gradibus præcipit vel curiae reddi, vel alios pro se restituere, aut fidelitates suas tradere: *Si qui, in-*

*quit, ex secundo patris nostri consulari ciriām relinquentes, clericorum se consortio manciparunt, si jam episcopi vel presbyteri aut diaconi esse meruerunt, in sacris quidem et secretioribus Dei mysteriis perseverent, sed aut substitutos pro se curiae offerte cogantur, aut juxta legem dudum latam tradant curiae facultates. Residui omnes, lectors, subdiaconi, vel hi clerici quibus clericorum privilegia non debentur, debitissimox patræ muneribus præsententur.*

*Ibid. ipse nobiscum.*

Romæ fuisse Victricium prior etiam Paulini ad ipsum epistola collimat: Innocentio pontifice, anno, ut opinor, superiore, Romam venisse hic locus detinuit. Paulinus: *Nam et inde, inquit, tristati amaritudinem duxeramus, quod ex Urbe ad nos, sicut sperrabamus, brevi itinere non venires, qui ad Urbem per tanta terrarum spatia perveneras.*

## IN EPIST. VI. AD EXUPERIUM.

De epistola in generali.

Respondet ad inquisitiones Exsuperii episcopi, studium ejus commendans, quod de dubiis ad secundum apostolicam referret. Multus in Exsuperii Tolosani laudibus et frequens est S. Hieronymus, ut in epistola 4, ad Rusticum: *S. Exsuperius, inquit, Tolosæ episcopus, emuriens pascit alios, omnemque substantiam suam Christi visceribus erogavit. Nihil illo datus, qui corpus Domini canistro bimiteo, sanguinem portat in vtrꝫ. Hujus tu e vicino seclare vestigia. Et in epistola 11, ad Ageruchiam: Non possum absque lacrymis Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, sancti Exsuperii merita præstiterunt. Existant et Hieronymi ejusdem ad Exsuperium epistolas tres, libris singulis præfixæ commentariorum in Zacharium prophetam, quæ Exsuperius nunc pavit, Arcadio Aug. vi, et Anicio Probo coss., hoc est anno post hanc Innocentii epistolam proximo, cum Exsuperius Sisinium diaconum suum, ad largendas monachis elemosynas in Palæstinam Ægyptumque misisset.*

Cap. 1, num. 2, *ad verba Siricii episcopi.*

In epistoli ad Hierium Tarracensem c. 7. Quo loco Siricus suam in sacerdotes ac levitas incontinentes sententiam ita dividit, ut eos qui se ignorantia eatem lapsos dolerent, et continentiam in posterum spondarent, manere in officiis suis permittant, sed altiore ad gradum euehi prohibeant: eos vero, qui se veteris legis exemplo defendere conarentur, omni ecclesiastico honore privandos statuit. Innocentius priorem penitentem in eis decrevit, qui Siricii constitutione ignorarentur: posteriorem in eos qui cognitis non paruerint. Comprehendi autem etiam episcopos hac lege, Siricil sub fine verba declarant.

Cap. 2, n. 6, *Novatiani asperitatem;*

Novatianorum heresis fuit, ut Epiphanius haesi docet, nullam eos qui post baptismum laici

sunt consequēti veniam posse. Quare p̄niteniam abnegarunt, h̄mīneque illius mentionē ex convenientiis suis expolerunt. Thendoretus lib. iii de Rebus relictis sibi, c. 8, xai ταῦτα ὅτι τὰ πέτανας τὸν οἰκεῖον οὐλόγων Κορίκουντος λόγον. Quamquam ego ab his in Ecclesia catholica, longissime aberravi, qui non dubitabant posse omnes per p̄niteniam recuperare gratiam quam perdidierant, etsi nonnullis interdum, ut indigni, pacem in exitu tandem vite poscentibus, negandam censerent; hoc tamē ipsum, quod Novatianæ asperitatis simile videbatur, nulli et quilibet in exitu poscenti communonis gratiam tribui placuit, juxta canonem 13 synodi Nicænae.

Cap. 4, n. 10, non habent latitentia.

Quam causam hic affert, cur Viri adulteri non perinde ercentur a communione ut seminæ, eamdem universæ de criminosis omnibus, qui latenter ad communionem obrepunt, prodit Augustinus in homilia 1: *Nemo, inquit, arbitretur propterea se consilium salutis suae debere p̄niteniam contemnere, qui multos forte advertit et novit ad sacra altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Nam plerique propterea nolunt alios accusare, dum se per illos cupiunt excusare. Plerique autem boni christiani propterea timent et sufficiunt alia peccata quæ noverunt; quia documentis neque decurrunt, et ea quæ ipsi sciunt, judicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis enim verâ sint quedam, non tamen judici facile credenda sunt, nisi certis indicis demonstrantur. Nos vero a communione prohibere quenquam non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, sive sæculari, sive ecclesiastico iudicio, nominatum atque convictum.*

Cap. vii, n. 13, Cætera autem.

Pseudoepligraphi libri sub horum hominibus plurimi olim circumseruentur, ut Matthiæ Evangelium, de quo Origenes in Lucam, et Eusebius lib. iii Historiæ, ejusdemque traditiones παράδοσεις, quarum Meminist Clemens Alexandrinus lib. ii et viii Stromatum; Jacobi minoris Evangelium; Petri πρᾶξις, εὐαγγέλιον, κύριον, ἀποκάλυψις, xai χριστος: quos omnes commemorat Hieronimus in scriptoribus eccles. c. 1: *Libri autem, inquit, e quibus unus doctrinam ejus incoribitur, alijs Evangelium, tertius predicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicii, inter apocryphas scripturas reputantur. Joannis actus, Andreæ item actus et Evangelium. Thomæ denique Evangelium, actus, et Apocalypsis. De quibus, aliisque id genus, Gelasius in synodo Romana.*

IN EPIST. III, AD SYNODUM TOLOSANAM.

In titulo, *Toletana synodo.*

Ambigui esse tituli epistolam innotimus. Qund si Tolosana synodo scriptam fuisse constaret, absurdi nihil foret discussas in synodo Galliæ Hispanienses causas fuisse, cum tracitatis meminerimus in Taurinensi Gallicanis. Sed dubium non videtur, quin scripta sit ad episcopos Hispanos, post synodum quidem Toletanam, de rebus tamen in ea gestis, vel postea consecutis. Idque ut mihi persuadeam ducor argumento non levi, quod c. 6 exponetur. Quare antiquam inscriptionem epistolæ restituendam censeo, ut in Toletano synodo legatur.

Cap. 1, n. 2, propter Galliciorum communionem.  
In synodo Toletana Symphosius et Dictinius cum

A illis, ut Macios in Chronico referit, & Gallacia episcopis, damnata Priscilliani haeresi, recepi fuerant in communionem, retentis honoribus quos habebant. Quod non probantes Britici et Carthaginenses, a ceteris episcopis, qui eos receperant, desciverunt. Dari ergo vult operam pontifex, ut qui desciverunt, ad communionem pacem revocentur.

Ibid., illius Luciferi.

Calaritanus apud Sardos episcopi, qui schismatis in Ecclesia huc tor fuit, cum episcopos in synodo Ariminensi lapsos quamvis resipiseentes recipi nollet, ab hisque se qui eos receperant segregavit. Sulpitius Severus: *Lucifer fit tantum eos qui Ariminii fuerant condemnari, ut se etiam ab eorum communione secerit, qui eos sub satisfactione rel p̄nitenia receperint.*

Cap. 2, n. 5, Rufinus atque Mincius.

Synodus Nicæna can. iv episcopum ab episcopis provinciæ cum metropolitani auctoritate fieri jubet. Contra hunc canonem commiserant Rufinus et Mincius, quorum uterque sine conscientia metropolitani, alter etiam in aliena provincia, episcopos ordinabant. Quare et in usurpatores animadvertisi oportere ait, et ab his temere ordinatos honore carere quem adepti sunt, juxta canonem 6 synodi ejusdem, quo cautum est, eum qui præter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus, episcopum esse non debere.

Cap. 3, n. 6, Joanne episcopo.

Joannes hic synodo Toletana redeuntes ab haeresi recipienti per vicarios consenserant: postea subduxisse se, et contra sententiam suam venisse forebatur. In hunc ergo, aque in alios qui a communionis consortio cessasse videbantur, plenus inquiri, deprehensosque, si ad concordiam redire abuant, excommunicari jubet.

Cap. 4, n. 7, de ordinationibus.

De iis qui prava consuetudine in Hispania ex diversis generibus hominum, quos canones a cleri gradibus excludunt, creati hactenus fuerant episcopi, propter illorum multitudinem non sic indulget, ut proposita vitoce deinceps ordinatis ordinibusque iena, in posterum abstineri præcipiat.

Cap. 5, n. 8, in locum patruini.

Discrepant inter se rerum Hispanicarum scriptores, cuius sedis episcopus fuerit Patruinus, qui concilio primo Toletano præfuit. Alii enim Toletanum antistitem fuisse conjicunt, alii Bracarensem, alii neutram illorum sententiam satis firmam putant. Ex hoc loco apparet, quod in mentem illis non veniat, Emeritensem episcopum fuisse, cui jam defuncto Gregorio hoc tempore successerat.

Cap. 6, n. 9, per sententiam decernit.

Manifestum est alludi ad decretum synodi Toletane, quod in ejus actis prius loco positum est his verbis: *Patruinus episcopus dixit: Si placet, communis consilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit observandum. Mihi autem placet, constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placet. Quæ cum ita sint, liquet profectio Innocentium hoc loco alloqui episcopos qui Toletano concilio affuerant, ac proinde synodo Toletana inscribi epistolam debere, ut dictum est.*

ANNO DOMINI CDXVII.

# ZOSIMUS PAPA.

## PROLEGOMENA.

### NOTITIAE BIOGRAPHICÆ.

I.

(Ex libro Pontificali, Labb. t. II Concil.)

Zosimus natione græcus, ex patre Abrahamio, sedit

annūlū unum, menses duos, dies undecim. Ille constituit multa in Ecclesia. Et constituit ut diacones laevas tectas de pallis [Al. palleis] linostimis habebant. Et per parochias concessit licentiam bencij,